



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

Acerbi Luctus & Amoris

Singularis Argumentum

in Obitu

Nobilissimi, Eruditissimi Praestantissimique

J V V E N I S

**IOANNIS GO-
DOFREDI
KEMPFII,**

Philosophiae & Medicinae

Candidati dignissimi, Amici quondam

longe charissimi,

ipso

Solemnium Exequiarum

die,

XIV. Scil. Maji, Ann. cl^o lxxcII,

datum

Vitembergae

M. Joanne Christiano Rüdigerō,

Aquenf. Sax.

WITTENBERGAE,

Typis JOHANNIS HAKI 1702.

Hebe-
polt
as cu-
He-
lerat,
nuius
rona
tate,
rgius
, nec
ndo.
pque
Viris
kel-
erito
me-
onis
uve-
con-
nihil-
pa-
oftri
non
rz-
gvi
le.
In-
icos
ter-
na-
m.
Mox
tros
af-
deo
i, in
cia-
tus-
en-
de-
vo-
res.
en-
ant,
co-
il-
nae
oc-
um
ffi-
es-



Permitte inter beatos
BEATISSIME KEMFFI,

ut

Amicus tuus, inter veteres novus, & inter novos vetus;
 qui semper, quanquam non omni tempore,
 non ex merito, sed amore, pars altera cordis tui
 in vita non amplius existit, ac tamen existit,
 etiam in morte tecum ambulet, si non corpore, animo tamen.

Lultra oculis

DESIDERATISSIME KEMFFI,

monumentum,
 non quidem ex aere, aut marmore pretioso
 confectum;
 sed ex lacrymis acerbis, iisque sinceris
 extractum.

Et, si Tua virtus, **DULCISSIME KEMFFI,**
 quondam clara, jam perfecta, non recusat,
 Laudes tuas, quibus non opus est laude,
 quia non amplius temporariae, sed aeternae,
 non obscurae, sed illustres
 existunt, aut potius existere incipiunt,
 sine ulla verborum ambage, ac prolixiori tamen
 cordis affectu exponam.

JOANNES GODOFREDVS

proinde

vitam ita peregit, ut mori nunquam potuerit.

Nam ut Juvenis ante tempus vir fuit,
 qui Pietatem doctrinae, doctrinam prudentiae,
 prudentiam candori dextere copulavit.

Hic suo docuit exemplo

aetatem saepe numero sine aetate maturam esse.

Nimirum

aetatem praevvertebat iudicium,

Annos praevvertebat animus.

Quod enim alibi inchoat, hic absolverat natura;

Quod in aliis laborat perficere, in hoc dudum
 perfecerat.

LIPSIA tenuit Eum, sed non retinuit,
VVITTENBERGA ipsi & vitam dedit & mortem.

Ingenium Ejus

Clarissimi Viri Peiskerus & VVinckelmannus,
 doctores ductoresque luventis optimi

praepararunt,

SCHURTZFLEISCHIVS, stupendae Vir eruditionis
 effinxit,

Eruditissimus **BERGERUS** exornavit,

Sagacissimus **ROESCHELIVS,** Saxoniae Plinius,

Ingeniosissimusque **HEICHERVS,** excoluerunt,

Denique

Sapientissimus **ROEHRENSÉE,** Academiae nostratis

Seneca

perfecit.

In Medicina

nactus est Praeceptores, qui ut mortales meritis

& scriptis nomen sibi immortale compararunt,

videlicet

Acu.

Acutissimum BOHNIUM, alterum illum Malpighium,
Solerisimum PETERMANNUM, qui in operationibus

Chirurgicis multos inferiores agnoscit,
nulli autem superiori cedit,

Experientissimum praeerea SPERLINGIUM,
Saxonum Hippocratem, quem ut patrem, coluit,
ut affinem, in oculis tulit, ut Praeceptorem, in
omnibus fidelissimum, nunquam non secutus est.

Et non plane nihil debet

Incomparabili insignique Medico, BERGERO,
viro, quem admirantur exteri, Germani
venerantur, quia pares per paucos, multos
aemulos, superiorem certe neminem admittit;

Hujus

PHYSIOLOGIAM, opus cetero dignum,

Beatus Noster ex oculatus est,

evoluit dies noctesque ac perpendit,

excerpendo, disputando, repetendo

in succum velut ac sanguinem convertit.

Sed eheu! flos ille aetatis defloruit,

Solacium MATRIS charissimae evanuit,

spes cognatorum & agnatorum

dispersa jam, crepta, amissa est.

At vero

nondum defloruit flos aetatis, quia adhuc magis

magisque efflorescit,

nondum

Matris solacium evanuit, quia filius apud eam

vivit, qui solacium est viduarum omnium,

nondum

spes Cognatorum & agnatorum dispersa est,

quoniam Beatus KEMPFIVS inter Coelites

jam versatur.

Nam mitram Doctoris, quam terra denegavit,

coelum ipsi ceu dignissimo Candidato

obtulit.

Jam

non amplius in vires & naturam inquirat herbarum,

quia ut Medicus sine medicinae cognitione

inter divos morborum expertes

viget, vivit.

Et

quia in hoc mundo vita Christum imitatus est,

per crucem ad lucem,

per terrena ad aeterna,

per angusta ad angusta

non amplius tendit, sed pervenit.

Occidit ut stella, verum sine occasu,

nunquam fulgidior, quam ubi desit

fulgere.

Morti proinde succumbens

de morte ut victor sine victoria triumphavit;

adeoque mortem morte in morte superavit.

Quoniam

in tempore vixit aeternitati,

in orbe nunquam fuit.

Nam anima in Deo conquiescens caelo semper usa est.

Sed,

Sed,
BEATE KEMPF,
 ne Tibi amplius sim molestus, siquid tamen Beato
 molesti accide-re potest,
 verbis breve, animo longum heu
 tristis! addam vorum.
 Vale & salve Amice suavissime!
 Nomen tuum memoria virtutum,
 splendore generis,
 honore necessitudinum,
 omni aevro celebrabitur,
 Vale iterum, ac iterum salve,
 Godofrede, animo chare,
 Inter certantes victor,
 inter victores Triumphator,
 inter felices beatissime.
Quod si concessum est immortalibus,
 mortalium recordari,
 Rüdigeri Tui memor esto,
 Nam sine Te omnem mihi vitam,
 etiam dulcissimam, duco acerbam,
 Decetero
 memoriam Tui, & quibus
 amicitiae nostrae non chartae, sed animo,
 & insculpsi, & impressi,
 eandemque ad extremum usque vitae
 halitum semper firmam,
 etiam morte
 interruptam conservabo,
 Antequam avtem
 tuo sepulchro discedam,
 haec prius verba incondita quidem,
 sed candida adjicere
 conabor:

KEMPFIIUS hic obiit subito, Spes optima **MATRIS,**
 Et simul Aonidum Pieridumque decus.
 Etenim nec ingenium, nec Formam, nec Medicinam,
 Nec quoque virtutem, mors violenta fugit.
KEMPFIIUS a se minime morti succumbit acerbae,
 Fortis nam pugnat magna brachia manens.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



Acerbi Luctus & Amoris

Singularis Argumentum

in Obitu

Nobilissimi, Eruditissimi Praestantissimique

J V V E N I S

**IOANNIS GO-
DOFREDI
KEMPFII,**

Philosophiae & Medicinae

Candidati dignissimi, Amici quondam

longe charissimi,

ipso

Solemnium Exequiarum

die,

XIV. Scil. Maji, Ann. cl^o lxxcII,

datum

Vitembergae

M. Joanne Christiano Rüdigerō,

Aquenf. Sax.

WITTENBERGÆ,

Typis JOHANNIS HAKII 1702.



Hebe-
polt
us cu-
s He-
lerat,
nuius
rona
itate,
rgius
, nec
ndo.
pque
Viris
nkel-
erito
me-
onis
uve-
con-
nihil-
pa-
oltri
non
urz-
qvi
le.
In-
licos
ter-
na-
em.
Mox
tros
af-
deo
i, in
cia-
tus-
en-
de-
vo-
res.
en-
ant,
co-
il-
nae
oc-
am
ffi.
es-